



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCLXVIII. De Destructione Castri Garthe.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teuton.

Conradus à Tierberg Junior XII. Mag. in Prusia Provinc.

ter intraverunt, quibusdam captis, aliis trucidatis, in cinerem redegerunt; Reliqua pars exercitus intravit dicti Castrum territorium & post magnum Incendium cum maximo spolio est reversa. In hac impugnatione plures Christiani sunt graviter vulnerati, & IV. fratres & unus famulus cum equis & armis in Memela submersi propter teneritudinem glaciei.

CAP. CCLXVIII.

De

Destructione Castrum Garthe.

Anno Domini MCCLXXXIV. idem Magister nec dum bello infidelium satiatus, congregavit validum exercitum, & cum Scumando ductore processit contra castrum (a) Gartham, tempore aestivo & dum transivisset Memelam ordinavit Sagittarios ad loca debita, applicatisque scalis ad moenia tam grande

*Anno (d) Domini MCCLXXXIV.
Honorus Papa IV. & Rudolphus
Rex Romanorum regnaverunt. Hic
Papa ordinem Carmelitarum, qui
in Concilio Lugdunensi mansit su
spensus, confirmavit; & Carmelita
mantellos scarratos mutaverunt in
Cappas albas.*

*Hoc etiam tempore promotus est
Ordo Augustinensis, quantum ad
Magistros Parisios.*

*Eodem tempore floruit Magister
Ægidius Ordinis Augustini Doctor
Magnus, qui postea à Bonifacio Pa
pa VIII. factus Archiepiscopus Bri
tanicus, mortuus fuit Adintonis,
Romana curia ibidem residente,
sub Joanne Papa XXII. An
no MCCLXXXVI. Kalend. Januar.*

bellum ortum fuit inter eos, quod formidolosi talia inspicere non auderent, (b) istis viriliter impugnatibus, obsecsi fortiter resisterunt, caderantque ex utraque parte pluri
mi vulnerati. Tandem sicut DEO placuit fratres potenter intraverunt, & occisis omnibus & captis per incendium destruxerunt; Hoc facto mille viri & octingenti intraverunt territorium dicti castri vastan
tes quam plurimum incendio & rapinâ, & captis multis hominibus &

& Pa.

occisi

*Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teut.**Conradus à Tierberg Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.*

occisis cum præda maxima redie- | & Parisis apud fratres sui Ordin-
runt; In hoc territorio fuit occisus | nis sepultus.

quidam Barthenlis qui fugerat de Pogesania, & in ultima apostasia Commendatores de Christburgk & Elbingo cum eorum familia captivavit, quem sic inter factum canis ejus diris morsibus est aggressus, & aperiens latus ejus sinistrum, cor ejus, quod totum proditionum & fraudum consciū fuit de corpore extraxit, & in præsentia Christianorum plurium devoravit. (c)

ANIMADVERSIONES

AD CAP. CCXVIII.

(a) Gartha hodiè dicitur Grodno, ut putat Matth. Strykovvosky Ossolevicius lib. 4. *Histor. Litv.* cap. II. fol. 299. & ex eo Kojalovvicz loc. cit.

(b) Matth. Strykovius sic legit in suo codice, ut notat ad marginem: *Quod formidolosum erat inspicere, hic fortiter impugnansibus, illis fortius repugnantibus*, quæ lectio, quoque præferenda.

(c) Addit Jeroschinus quædam de Capellano suspenso. Fuisus etiam persequitur miraculum illud de cane proditoris.

(d) Synchronismos ad Caput hoc adjectis non habet Jeroschinus. *Vide* fol. 144. & 176. b. seq.

CAP. CCXIX.

De

Morte Scumandi.

Ecce mirabilis conversio & mutatio dexteræ excelsi, iste Scumandus, qui ultra modum antè persæquebatur Ecclesiam DEI, modo elator fidei factus est, Dux glriosus populi Christiani; hic dum morti appropinquaret, interrogatus à fratre Conrado sacerdote de Balga, quomodo tantam gratiam in fide Christi à Domino meruisset? ait: nunquam aliquid boni feci

Pp 3

antè

